De libertate non adimenda, de instrumento manumissionis.

26. Iidem AA. & CC. Modesto.

SIcut datam libertatem manumissis adimere [1] patronus non potest: ita manumissionis [2] instrumentum præstare cogitur.

De re judicatâ, de collusione & confessione ejus qui controversiam passo succedit.

27. Iidem AA. & CC. Austerio.

ARrianus mota sibi quæstione a Leonide, *liber fuit pronunciatus* [3]: in servitutem a victo iterum non recte petitus est. Coheres [4] etiam tibi ab Arriano datus, colludens cum eo, sive heredibus ipsius qui status [ei] moverat quæstionem, nihil tibi obfuit: nec ea, quæ in confessione inter eos venerunt, statum veritatis, vel nomen substantiæ defuncti mutare potuerunt.

De statu & dignitate parentum.

28. Iidem AA. & CC. Eurymedonti.

AVi paterni magistratu functi dignitas [5], ad libertatis probationem nihil nepoti prodest: si quidem in liberali causa matris [6] non patris inspicitur conditio. Sed nec materni [7] avi fola sufficit: cum licet avia quoque libera probari possit, multis tamen ex causis status mutari consuevit. *Sirmii*, 4. Id. April. AA. CONSS.

De redempta ab eo, in cujus fuit contubernio.

29. Iidem AA. & CC. Troillæ.

DE ancilla matre natam, & ab eo redemptam, in cujus fuit contubernio [8], si non manumittitur, in servitute permanere non ambigitur.

De obsequio non præstito.

30. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

SOlo obsequii [9] non præstiti velamento, data libertas rescindi non potest.

De quæstione improbe mota.

31. Iidem AA. & CC. Cassianæ.

SI tibi servitutis improbe moveatur quæstio: solennibus ordinatis, de calumnia [10], vel injuria (prout vindictæ viam elegeris) habita contestatione, posteaquam servus non esse fueris pronunciatus, adversus eam sententiam postulare potes: tunc demum etiam de his, quæ direpta probaveris, restitutionem (cum pro libertate fuerit pronunciatum) petiturus. S. 5. Id. Octobr. CC. CONSS.

De subscriptione filiorum domini manumittentis.

32. Iidem AA. & CC. Athenaidi.

SUbscriptio [11] filii [12] domini manumittentis, nec addere secuta, nec omissa detrahere libertati quicquam potest.

De eo, qui acceptâ pecuniâ manumisit.

33. Iidem AA. & CC. Melitianæ.

LIcet accepta [13] pecunia dominus te manumisit; tamen tributa libertas rescindi non potuit. S. 4. Id. Novembr. CC. CONSS.

De concubinatu.

34. Iidem AA. & CC. Eremoniæ.

LIbera, concubinatus ratione non constituitur ancilla [14]. Dat. Id. Nov. CC. CONSS.

De eo, qui pupilli res velut tutor administravit.

35. Iidem AA. & CC. Attalo.

NOn idcirco minus, quod pupilli res velut [15] tutor administrasse dicitur, ex ejus persona servitutis pati quæstionem potest.

De pactis.

36. Iidem AA. & CC. Theodoro.

POst [16] certi temporis ministerium ancillæ, *liberam eam esse cum ea pacifcendo*, conventionis obtemperandi legi domina nullam habet necessitatem: utque hoc verum est, ita [17] e contrario, si filiæ suos constituta cum his, libera [18] in ministerium tibi tradere promisisse [19] probetur, parere placitis non compellitur.

De venditione hominis liberi.

37. Iidem AA. & CC. Olympio.

SI filium [20] tuum liberum genero vendidisti [21]; qui tam proxima [22] necessitudine conjunctus, conditionis ignorantiam simulare non potest, utrisque [23] sociis criminis accusator deest.

De Limenarchis.

38. Iidem AA. & CC. Philesarpho.

NOn [24] idcirco minus, quod te *Limenarcha* [25] creato nemo contradixit reipublicæ nomine, moveri tibi status quæstio potest. Dat. 16. Kal. Januar. *Nicomed.* CC. CONSS.

De professione.

39. Iidem AA. & CC. Potestentico.

LIberos *velut servos se profitentes* [26], statum eorum mutare non posse constat. S. 6. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS.

De altera parte absente.

40. Exemplum sacrarum literarum AA. & CC. ad Verutum.

JUxta Edicti nostri sententiam [27] in liberalibus quoque negotiis, sive de libertinitate, sive de ingenuitate [quæstio] moveatur, absente [28] nihilominus una parte causam discuti, & pro justitiæ ratione sententiam proferri, nihil prohibet.

De epistolis.

41. Impp. CONSTANTIN. & LICINIUS AA. ad Eutychium Præfidem Cappadociæ.

JUbemus omnes epistolas [29] actricis, quas ad Ælium *tanquam* [30] *principalem* [31] fecerat, inanes ac vacuas esse, atque in irritum devocari: ac de ingenuitate ejusdem Ælii requiri: nec mulieri id obesse, *quod ad eum tanquam decurionem* [32] *ac principalem scripsit*, vel id, quod idem se finxerit decurionem, vel principalem: maxime cum non solum testium professione, & cognationis ejus jugum servile cognoscitur, verum etiam voce [33] propria ejusdem Ælii apud aliud [34] judicium patuerat, quod conditionis servilis videretur.

De filiis natis ante, vel post litem contestatam super statu matris.

42. Imp. CONSTANT. A. ad Maximum P. P.

PLacuit eos, qui nascuntur a matrum [35] conditionibus uti, quarum mox [36] visceribus exponuntur. Ante [37] vero litem nati, suo nomine omnes in quæstionem vocentur: quoniam hos solos, qui in [38] lite nati erunt, omnem fortunam matrum complecti oportet, aut justis tradi dominis, aut libertate cum lucis [39] auctoribus frui. Dat. Prid. Id. Julii.

TIT. XVII.

DE ADSERTIONE [40] TOLLENDA [41].

Qui de possessione libertatis in servitutem provocatur, per procuratorem potest respondere. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

LItes super servili conditione movendas, ad clementiorem tam examinationem, quam terminum transferimus: jubentes, si quis vel adhuc serviens liberum se esse dixerit, vel in libertate commorans, ad servitutem vocatus fuerit: adsertoris difficultatem in utroque casu cessare [42], ipsumque per se [&] ad intentionem ejus, qui dominum sese adserit, respondere: & si ex possessione libertatis ad servitutem ducitur, etiam procuratorem dare minime prohiberi: quod his, qui ex servitute ad libertatem profiuerint, penitus interdicimus: illis legibus, quæ dudum & secunda [1], & tertia [2] vice adsertorias lites examinari præcipiebant, in posterum conquiescentibus: cum sit justum primam definitionem in suis manere viribus, cum provocatio nulla oblata fuerit: qua correcta ad similitudinem aliorum negotiorum judex, ad quem res ex provocatione deducitur, eam examinabit: cujus & ipsius judicium ad secundam exquisitionem minime deducetur occasione legum, quæ super adsertoriis litibus positæ sunt. §. 1. Super peculio [3] etiam eorum, vel aliis rebus, aut causis veterem defensionis obtinentibus tollimus: præcipientes illorum tantummodo peculia, qui ex possessione servitutis super libera conditione litigant, aliasque res, quæ vindicantur, in tuto pro dispositione judicis collocari. §. 2. Omnes vero, qui pro libertate pericitantur, si quidem possint fidejussorem dare, eum exigi. Sin vero revera datio ejus impossibilis eis sit, hocque judici manifeste ostendatur: juratoriæ cautioni committi. Scientes, quod si post hujusmodi expositionem abfuerint, & Edictis citati [4], in absentia nihilominus per unum annum duraverint, omnimodo servituti obnoxii erunt, & ejus dominio, qui litem eis intulit, sine ulla dubitatione adsignabuntur. §. 3. Scire vero eos volumus, qui aliquem ad servitutem vocant, quod si post primam accusationem in quocunque judicio, vel ex divali jussione factam, & [post] admonitionem ei oblatam, qui servus esse dicitur, in alio [5] judicio eum accusaverint: præterquam si ejus occasionem ipse, qui servus esse dicitur, præstiterit: etsi domini sint, suo jure privabuntur. Dat. 3. Id. Decemb. Dom.

Si is, qui de servitute proclamat in libertatem, moriatur lite pendente, finitur causa. Salic.

2. Idem A. Joanni P. P.

EXpeditam antea quæstionem, in præsenti autem ex nostra lege, quam de adsertione tollenda posuimus, in quandam difficultatem incidere periclitantem, compendioso remedio fulciendam esse censemus. Cum etenim per adsertores super libertate judicium agitabatur, si in medio, adsertore litem agente, adsertus ab [hac] luce fuerat [6] subtractus, necessitas imponebatur nihilominus adsertori litem implere: ut emptor, si victus erat, & pro libertate fuerat pronunciatum, habeat regressum adversus venditorem: ut ei, quasi liberæ personæ venditor reddat id, quod emptionali [7] instrumento continebatur, vel [8] natura contractus exigebat. In præsenti autem, quia adsertorum vana nomina rejecta [9] sunt: si persona, pro cujus conditione lis agitur, mortua fuerit: quemadmodum judicium potest adimpleri, una [10] tantum persona in judicium veniente? Sancimus itaque in præsenti casu licentiam esse emptori adversus suum auctorem venire, quatenus vel ostendat [11] venditor servum se vendidisse: vel si non [12] potuerit, quasi libera persona vendita, evictionis periculum ad eum revertatur.

TIT. XVIII.

QUIBUS AD LIBERTATEM PROCLAMARE [13] NON LICET: ET DE REBUS EORUM, QUI AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON PROHIBENTUR.

Si venditus non est pretium participatus, in libertatem se proclamat, alias secus. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Proculo.

DIspar [14] causa est ejus, qui dissimulata conditione sua distrahi se passus est, & ejus, qui pretium participatus est. Nam superiori quidem non denegatur libertatis defensio: posteriori autem, & si civis Romanus sit, & participatus est pretium, libertas denegatur. † Eandemque [&] in eo distinctionem adhibendam, cui [15] fideicommissaria libertas debetur, meritissimi [16] juris auctores respondenerunt. PP. Kal. Maji, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Servi effecti propter delictum insigne, non possunt in libertatem proclamare. Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Melanæ.

DE latronum familia [17] descendentibus, ex largitione principali [18], vel auctoritate fiscali servis factis, retro principes libertatem denegari decreverunt.

3. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. P.

SI quis [19] in libertatem proclamaverit, id, quod apud se esse ejus, qui se dominum dicit, profitebitur, quoniam non de eo dubitatur, *reddi* [20] *ac deferri* Judex protinus pronuntiabit. † Quod vero petitur, si fuerit negatione dubium [21], per cautionem conservabitur ac petitio differetur: ut si fuerit approbata libertas (quoniam & ipsis, qui his rem commiserunt, medendum est) gestarum rerum ab eodem ratio, atque omne, quod debetur, reputetur: ut servitute depulsa, qui pro domino quondam fuerat, habeat, quod ut servo dominii jure largitus est, & quæ ex earum rerum quæstu ac fructibus congregata sunt, & quæ de furtivis compendiis obscure capta ac parata sunt; cum liberum esse non oporteat, quod apud servum dominus peculii nomine collocaverat. Ea vero, quæ testamento, vel donatione quæsita sunt, aut quæ ex earum rerum emolumentis empta confectaque sunt, eidem ingenuo deputentur: quæ tamen universa exacto libertatis judicio, quatenus a supradictis rebus discernuntur, in sequestro [22] esse oportet: ut his ab utroque deductis, atque in medio [23] collocatis, ad eorum proprietatem uterque contendat. Dat. 15. Kal. Mart. *Thessalonicæ*, SEVERO & RUFINO CONSS. 324.

TIT. XIX.

DE ORDINE [24] COGNITIONUM [25].

Pendente lite super statu, non potest servus de crimine suum accusare adversarium. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Vitalio.

CUm & ipse [26] confessus es, *statum te controversiam pati*: qua ratione postulas, priusquam de conditione constaret tua, accusandi [27] tibi tribui potestatem contra eum, qui te servum esse contendit? Cum igitur (sicut allegas) statu tui generis fretus es: juxta jus ordinarium Præsidem [28] pete, qui cognita prius [29] liberali causa, ex eventu judicii, quid de crimine [30] statuere debeat, non dubitabit. PP. Id. * MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De libertate prius, quam de hereditate cognoscitur, si de ea principaliter quæratur: secus si incidenter, & de hereditate principaliter. Salic.

2. Idem A. Gallo.

SI de hereditate [31], & libertate controversia est, [prius [32]] agi causa libertatis debet: Sed si de hereditate agetur: ordinanda prius quidem est causa libertatis: sed sufficit [33] ei, qui libertate utitur, ad victoriam de hereditate secundum eum esse pronunciatum. PP. 5. Idib. August. MAXIM. II. CONS. 224.

Quando pœna delicti dependet a statu, quæstio status est prius determinanda. Bald.

3. Idem A. Valerio.

SI [34] crimen aliquod inferatur ei, *quam ingenuam esse dicis*, ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam Præsidi præbente: quoniam necesse est ante sciri, si delictum probatum fuerit, [utrum [35]] ut in liberam, & ingenuam, an ut in ancillam constituendi sit. *Synopf. Basil.* 48. *tit.* 26. περὶ διαγνώσεως, *ex tit.* 22. c. 3. 35 Pœna *ad hæc*, quoties inferenda a qualitate delicti dependet, quæstio status primum deciditur, *ad hæc*: aliter enim puniuntur servi, aliter liberi. 36 Vide *l.* 1. *fupr. h. t.*

37 Status cui fit controversia, sibi debitum petere non potest. potest enim accidere, ut servus actor pronuncietur: idcoque status causa prius decidendi: Vel ita. Qui sibi deberi dicit, & status controversium patitur: primo liber declarari debet, ac tum debita sibi petere. *Synopf. Basil. d. tit.* 22. *c.* 1. 38 *Ruptus*, Cujac. 18. *obf.* 2. efficque verbum legis Aquiliæ huic loco optime conveniens, in quo de rebus furto subreptis agitur: de rapto tamen agitur in *l.* 7. §. 2. Goth. Vide hic Revard. *lib.* 1. *de pœnæ pecul. cap.* 4. S. 1. 39 Causa status criminalem præcedit. *l.* 1. *l.* 4. *T. h. t.*

procedere

[R r]

1 *l.* 20. *T. h. t.* 2 *l.* 24. *T. h. t.* vide quæ notavi ad *l.* 9. *ff. de novationibus.* 3 Liber pronunciatus ab adversario nunquam in servitutem peti potest: ab alio posse videtur, *arg. l.* 63. *ff. de re judic.* 4 Coheredis confessio super statu defuncti non præjudicat cohæredi contrarium asserenti. *Salicet.* 5 *l.* 10. *T. de probationib.* facit *l.* 11. *T. h. t.* 6 In libertatis causa, matris non patris inspicitur conditio, *ut hic*, & *l. ultim. T. eodem.* In nobilitatis causa contrarium bodie observatur. vide quæ dixi ad Ulpian. 5. §. 8. 7 Avi paterni vel materni ingenuitate nemo probatur omnino esse ingenuus. 8 Qui ancillam redimit ut ea concubina utatur, eam non liberat. *l.* 34. *T. eodem.* vid. tamen *l. ultim. T. comm. de manumiff.* 9 Non necessitati, aliud fi alimenta denegant. *l.* 6. *ff. de agnosc. lib.* 10 Qui per calumniam dicitur fervus, probata causa liberali potest injuriarum experiri. *l.* 39. *T. h. t.* vid. *l.* 9. *l.* 10. *T. de injur.* 11 Tener manumissio a domino facta, licet manumissionis filius non subscripserit. 12 Puta heredi. *l.* 13. *T. de testament. manumiff.* 13 Dominus accepta pecunia potest servum manumittere, *ut hic*, ut pater filium. *l.* 107. *ff. de verborum obligat.* dicendum alias videbatur manumissionem gratuito fieri, vel omnino non fieri. 14 *l.* 29. *T. h. t.* v. *l. unic. T. de SC. Claud.* 15 Pupillus tutorem quondam suum, servum potest dicere: id eft, Etiamsi servus titulum domini administraverit, non tamen efficitur liberus. 16 Pactum inter dominum & ancillam non adstringit. *l.* 13. *in fin. T. de transact.* Igitur ex pacto libera non erit, quæ se liberam pacta fuerit, cum ancilla esset: quemadmodum per contrarium ei quæ cum filio est liberæ, pactum non nocet, quo se ancillam esse pacta est. *Synopsis Basil.* 48. *Tit.* 26. *ex tit.* 26. *c.* 34. 17 Vid. *T. eodem.* 18 *Cum tisdem libertate &c.* ita emendo, hoc nimirum sensu: Servus cum domino stipulari non potest, ut certi temporis ministerio aliud exhibito emancipetur. Priori pacto dominus non tenetur. & ita quadrat comparatio: nisi malis ita cum Græcis, Ancilla pacto non fit libera. Libera pacto non fit serva. 48. *Eel.* 20. c. 34. vel melius dic: Pacto non potest effici, ut post certi temporis ministerium fiam liber: & vice versa, pacto non potest effici, ut post certi temporis ministerium fiam servus una cum liberis meis, & priori pacto adversus te agere non possum: & posteriori adversus me vel liberos meos agere non potes. 19 *l. l. T. h. t.* 20 *l. l. T. h. t. l.* 1. *T. de patrib. qui filios adfraverunt.* 21 Qui sciens liberum hominem vendit, plagium committit. 22 Inter proximos & cognatos præsumitur scientia. vid. *l.* 7. *T. de in integrum restitut. min.* 23 Participes ejusdem criminis invicem se non excusant. *l.* 16. *in fin. ff. de quæstion.* 24 Vid. *l.* 11. *T. h. t.* 25 De limenarcha dixi ad *l.* 4. *ff. de fugitivis* & 18. §. 10. *ff. de manumiss.* 26 *l.* 6. *l.* 15. *l.* 22. *l.* 24. *T. h. t.* apud officium aliquod follicet. vid. Paul. *s. sent.* 1. §. 3. 27 Id eft, formulam, tenorem. 28 *l.* 4. *T. h. t.* 1. *l.* 27. §. 1. *ff. h. t.* 1. *l.* 2. *T. tit. prox.* 29 Epistolis ingenuitas probatur. *l.* 22. *T. de agricol. lib.* 11. *tit.* 67. fed & consanguinitas. *l.* 13. *fupr. de probat.* licet adversus epistolam contrarium possit probari, admittitur enim probatio per testes, per cognatos: imo propria confessio admittitur. *l.* 29. *T. de probat.* 30 Si dominus ad servum tanquam ad principalem civitatis literas dederit, non ea ratione liberum facit. 31 Principales de quibus in *l.* 42. *T. de decurionibus. lib.* 10. *tit.* 31. *l.* 5. *in fin. T. de cohort. lib.* 12. *tit.* 58. *l. unic. in fin. T. de imponenda lucrativa descript. lib.* 10. *tit.* 55. *l.* 3. *C. Theod. de extraord. five fordida munerib. lib.* 11. Hidor. 9. *Etymol.* 4. decurionum primi, a quibus distinctissime omnium forma procedit. *C. Theod. de iis qua ad. vel off. pub. ger. l.* 4. *C. Theod. de extraordin. muner.* Hos intelligit Tertullianus *lib. de corona*, *Coronator*, inquit, *& magus non ex principatum progratatum* (lege *promotionum*) *exultarent.* Illic tamen nonnulla interpretantur principum nativitates. Hi erant decem vel quindecim vel viginti pro variarum amplitudine. Inde *decem primi curiales*, *l.* 2. *in fin. Cod. Theod. de quæst. l.* 42. *l.* 47. *Cod. Theod. de his, qui super statu l.* 39. *C. Theod. de epiſcopis & clericis.* Iidem *viri principales.* Apulejus 8. *de Asino*: *principales civitatium* dicuntur. *l.* 27. §. 1. *ff. de pœnis. l.* 2. §. 1. *f. quando & quibus quarta pars lib.* 10. *tit.* 34. Firmicus 5. Mathef. 2. Salvianus 5. *de vero Dei judicio.* Hinc *principales Antiochenses*, *l.* 2. *T. de excusat. mun. lib.* 10. *tit.* 47. *Alexandrini principales*, *l.* 56. *T. de decurionib.* qui & *summates ordinis Alexandrini*, *l.* 57. *d. tit.* 32 Si dominus ad fervum tanquam ad decurionem litteras miserit, eum liberum non facit. 33 Voce propria condemnari, damnatio maxima est. 34 Confessio facta in uno judicio, nocet in alio. 35 *l.* 28. §. 6. *l.* 7. §. *de res iudic.* Goth. Vide his Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 17. *num.* 23. Anf. 36 *Partus*, viscerum matris portio. 37 De liberis ante litem natis. 38 De liberis poft litem natis, vide *l.* 10. *ff. de usuris.* 39 Id eft, cum parentibus. funt enim nobis parentes locis autores.

40 *Adsertio*, eft defensio ejus, qui ftatus controverfiam patitur. Adfertor, vindex: aliena vindex libertatis. Theoph. *Inft. de his per quos agere.* dixi *in Topicis Ciceronis loco Natarenis.* Ideo admittebatur adfertor, quia is, cujus ftatus vocabatur in dubium, videbatur ea de re per fe agere non poffe, fed per adfertorem tantum: ne aliquin videretur fervus egiffe in dominum. vide *l.* 1. 2. 3. 4. *C. Theod. de liberali caufa.* vide Paul. 5. *fent. l.* 8. *nil.* Mart. 1. *epigr.* 83. *Adfertor veniat fartique præfes, Et cum fi dominum vocabit ille Dicas effe meos mantique naffes. Hoc fi tercque quaterque clamitaris Impune plagiario pudorem.* adde Quintil. 5. *cap.* 2. & 48. *Eel.* 20. περὶ διαγνώσεως: id eft, adfertione in fervitutem, vide Suetonium *in Domitiano*, ubi de perfualoriis adfertionibus. 41 Cur tollitur adfertoris ufus? quia diu tractatur judicium liberale. Quod jus hodie fit, mox dicam. 42 Hodie in caufa libertatis non eft neceffarius adfertor. Nam ipfe aut per fe caufam agit, cui fit ftatus controverfia, aut per procuratorem, fi ex libertate in fervitutem petatur: non fi ex fervitute in libertatem. *l. h. t.* quia fervus effe prefumitur, qui eft in poffeffione fervitutis, & fervus habere ad litem procuratorem non potefl. In hoc autem differt procurator ab adfertore, quod adfertor fuo periculo caufam agit, & ftatus præftat judicio ftifi, & res falvas fore quas tenet is, qui fervus dicitur. *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de liberali caufa.* Et fi deficerit in caufa (quod non debet. *l.* 2. *T. h. t.*) tenetur prenali actione. Ifta omnia ceffant in procuratore.

penitus

1 Hodie igitur liberale judicium iterari prohibetur fubilatis adfertionibus profufioribus: id eft, his, quæ dicis caufa inftituebantur, non ftrenua opera: alias retractatio cauſæ, veluti ex oratione Divi Marci non eft fublata. *l.* 1. §. 3. *ff. ne de ſtatu.* 2 Prolatio in libertatem, *prajudicium*, ob id dicta, quod iteraretur terque quaterque. Martialis 1. *epigramm.* 53. *ſi terque quaterque clamitaris.* Apud Græcos in hac lege eft ἐὰν τρὶς τεθῇ, ἢ ἐν τῇ τετάρτῃ: fervitus non iteratur. *l.* 4. *fupr. de liberali cauſa.* 3 Pecunia bonave ejus, qui de ftatu fuo litigat, fequeftro non debent deponi, nifi ex fervitute proclamaverit in libertatem, quod intelligo ex *l.* 3. *T. tit. proxim. & l. ult. T. de ordine cogn.* 4 Is, qui fervus dicitur, ob folum contumacium fervus pronunciatur: cum tamen in omnibus aliis cauſis contumax, fi bonum cauſam habuerit, vincere ſoleat: idque fit ob cauſam perjurii. *l.* 41. *T. de transact.* 5 Apud quem ftatus controverfia incepta, apud eundem finitur: alias, qui fervum vindicat, cauſa cadit. 6 Si fervus venditus ante litem contectatam in cauſa liberali moritur, non debetur evictio: fi poft, debetur, nifi venditor docuit de domino. 7 Emptionale inftrumentum. 8 Evictio pacto debetur, vel natura contractus. 9 *l. l. T. h. t.* 10 Judicii forma deftruitur, fi unus litigantium principalis de medio fubtrahitur. 11 Venditor non præfumitur dominus nifi probet. 12 Præfumitur liber, qui fervus non probatur.

13 Dixi *ad L.* 40. *D.* 13. 14 Sola pretii participatio proclamationem ad libertatem impedit: at non auda venditio fine participatione, quamvis fcienter facta ex æquo, tamen admittitur. vide *l.* 5. *T. de liberal.* 15 *l.* 4. *ff. h. t.* 16 *Meritiſſimo*, quidam ita legunt. 17 Id eft, fecta, factione: hoc innuit, Iatronis familiares capros, & munificentia principis captiendi donatos pro præmio, aut fici factos in libertatem proclamare non poſſe. 20 Vide *l.* 34. *ff. de liberali.* 21 Negatione res fit dubia. 22 Dixi ad *l.* 1. §. 1. *T. tit. prox.* 23 Segueſtri, *d. l.* 2. *C. Theod. medio jure. d. l.* 2. Cujac. 12. *obſerv.* 6.

24 49. *Eclog.* 22. 25 Id eft, judiciorum liberalium, ſtatus litigantis, ingenuitatis, ſervitutis. adde *lib.* 3. *tit.* 8. *T. de ordine judic.* 26 Ad hanc legem vide Revard. *lib.* 3. *variar. c.* 20. Govean. *lib.* 1. *var. lect. c.* 33. S. L. 27 Pendente lite ſtatus ſervi, ſervus de crimine ſuum adverſarium accuſare non poteſt. *ad hæc*, & *l.* 4. *T. h. t.* 28 His verbis num neceſſitas præſidi cognoſcendi imponitur? Govenus non putat *lib. variar.* 3. quem vide: Revardus quinque 3. *variarum* 20. negat Præſidem vel Prætorem de cauſa ſtatus cognoviſſe, vide tamen *l.* 5. *T. h. t. l.* 3. *ubi cauſa ſtatus. l.* 7. §. *ne de ſtatu defunctorum. l.* 4. §. *ff ingenuus.* vide etiam quæ notavi ad *l.* 3. *fupr. de pedan. & ad l.* 1. *fupr. de ordine judic.* 29 Liberalia judicia prius decidi oportet, quam criminalia vel civilia, *l.* 2. 3. 4. 6. & 7. *T. h. t. l.* 18. *T. de extrib. l.* 26. *infr. ad l. Jul. de adulter.* 30 Iniuria fcil. Non qui per calumniam ſtatus controverſiam movet, criminaliter accuſari poteſt. *l.* 31. *fupr. de liberali.* ut eo pacto ſententia expreſſa tacitam includat. 31 *l.* 7. *ff. de petit. her.* 32 Vide *l.* 1. *T. h. t.* 33 Quotiescunque quis in cauſa principali vincit, omnia incidentia ſunt ſopita. *Bald.* adde *l.* 10. *ff. de iis qui ſunt ſui.* 34 Quoties unus & idem ab uno criminis, ab alio ſtatus quæſtionem patitur: prius de ſtatu quærendum eſt quam de crimine: ut ſciamus utrum ut in ancillam, ab ut in liberam eum conſtituendi ſit. *Synopſ. Baſil.* 48. *tit.* 26. περὶ διαγνώσεως, *ex tit.* 22. *c.* 3. 35 Pœna *ad hæc*, *Synopſ. Baſil.* 48. *tit.* 26. περὶ διαγνώσεως, *ex tit.* 22. *c.* 3. 36 Vide *l.* 1. *fupr. h. t.*

procedere possit adhibita probatione quæstio rerum amotarum evanescat. Dat. 3. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

Si possessorium vei recuperandæ, & petitorium super libertate simul intentetur ab eodem, petitorium prius deciditur, & ex ejus eventu ad possessionem revertitur.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P. P.

SI quando negotium statûs fuerit exortum, [si quidem] ab ejus parte, *qui dicitur servus*, aliquid dicatur dominus abripuisse [1], prius considerari placet, utrum de possessione [2] servitutis in libertatem reclamandum putet, an vero ex possessione libertatis in servitutem vocetur. At si eum de obsequiis servilibus libertatem consiteri fagitare: ante [3] decidi statûs convenit causam, atque ita præberi direptorum negotiorum (si res exegerit) audientiam. † Quod si *et, qui ad servitutem vocatur*, quicquam direptum esse memoretur: universa, quæ constiterit ablata, ita demum reddi convenit ei, qui servus esse contenditur, si modo *salvam rem futuram* per idoneos fidejussores promiserit. Nam si tales dare non potuerit: tunc ea convenit, de quibus in judicio tractabitur, sequestrari [4] in eum diem [in] quo controversia sopiatur: ita ut ex iisdem (si aliqua alia facultas esse non poterit) tantum litis sumptus [5], & alimoniæ homini submini̇stretur, quantum moderato judicis arbitrio fuerit æstimatum. Cum autem necdum lite de statu mota, res ab aliquo direptæ sint, & sententia de restituenda possessione rerum lata, ille ne [huic] sententiæ satisfieret, de statu controversiam movit: necessitatem habebit, & sine satisdatione easdem res reddere, & tunc causam liberalem secundum juris ordinem exercere.

TIT. XX.

DE COLLUSIONE [6] DETEGENDA [7].

Servus colludendo cum domino non efficietur ingenuus, nec ex rescripto ex falsa causa impetrato. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. [& CC.] Theodoro.

CUm servum matris tuæ, & stupro violasse dominam suam, & turpis conjunctionis maculam excogitandæ ingenuitatis collusione, ac falsæ captivitatis velamento, apud competentem Judicem [8] obtegere voluisse proponas, nec libertatem ei matrem tuam dedisse, sed in solam ingenuitatem eum nudæ voluntatis mendacio [9] perducere nisam adseveres, servum esse palam est: quando etiam Divi Pii rescriptum [10] super captivitate emissum, quam non intercessisse significas, ingenuum feciſſe non videatur: nec asseveratio confensus tui ingenuitatis jus tribuere potuerit. PP. 14. Kal. Jul. DIOCLET. V. & MAXIMIANO IV. CONSS. 293.

Per pactum libertinus non efficitur ingenuus: & detegens collusionem efficitur ejus patronus. Salic.

2. Iidem AA. & CC. Milesio.

LIbertinæ conditionis constitutis, privatis [11] pactis immutare statum suum non licere, Numiano [12] Senatusconsulto [13], contra colluforem pœna statuta, præmioque detegenti promisso, manifeste declaratur. Dat. 5. Kalend. Decembr. CC. CONSS.

TIT. XXI.

NE [14] DE STATU [15] DEFUNCTORUM [16] POST QUINQUENNIUM [17] QUÆRATUR [18].

Si de statu manumissoris defuncti non potest quari, nec etiam de statu ab eo manumissi. Salic.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Niconi.

ADitus competens Judex causam præscriptionis examinabit: & si Domitiæ patronum, qui [ut [19]] civis Romanus [usque] in diem mortis vixit, annos quinque antequam lis bonorum mulieris inchoaretur, vita decessisse consteterit: libertæ status ex persona manumissoris [20] non retractabitur.

Si de matris statu defunctæ non potest quæri post lapsum quinquennium, nec etiam filii. Salic.

2. Iidem AA. & CC. Maximo.

SI is, qui te heredem fecit, propter matris [21] conditionem servus dicitur, & mater ante quinque annos litis motæ vita decessit, præscriptioni locus erit: cum quæri de statu non possit, nisi de conditione matris tractetur. Hoc ita, si quamdiu vixit, sine interpellatione ut civis Romana egit. P. D. S. ANTONINO A. II. & GETA C. II. CONSS. 206.

1 *l. 6. §. h. t.* 2 Si de possessorio rei recuperandæ & petitorio super libertate simul agitur ab eodem, petitorium prius deciditur, ejusque eventu ad possessionem revertitur: si a diversis, possessionis causa prius decidatur. 3 Major quæstio minori præsertur. 4 Dixi ad *l. 1. §. 1. supr. de adsert. tollend. l. 3. in fin. supr. quib. ad libertat.* 5 Vide *l. pen. ff. ut in possess. l. 9. ff. de jur. deliber.*

6 Collusionem Græci συμπαιγνίαν vocant. 48. Ecl. 12. dixi ad *L. 40. D. 16.*

7 Intra quinquennium. *l. 2. ff. h. t.* 8 Vide *l. 2. l. 4. ff. h. t.* 9 Perfluoria *ff. de appellat.* 10 Cui simile est in *l. 9. supr. de ingenuis.* 11 Vide *l. 8. §. de ingenuis manumiss.* 12 *Nonnano*, Hal. alii *Junano*: alii *Vivviano*, in aliis *Navviano*: lege *Ninniano*: Cujac. *hic*, & ita Græci, τὰ τῶν νεωτέρων δόγματα ἐγχέφωμεν ἔνιοτε, ac fortasse Ninnius is fuit, qui in Faftis fub Domitiano Nonnius dictus eft. vid. Cujac. *hic.* 13 Senatusconsultum Numianum fuit Domitiani temporibus. *l. 1. ff. h. t.*

14 Dixi ad *L. 40. D. 15.* 15 Poft quinnennium ex Senatusconsulto, de quo *l. 4. & ult. infr. h. t.* de statu defuncti non quæritur, *ut hic*: Ita ex Senatusconsulto tert. *l. 2. l. 4. ff. si ingenuus esse dicetur.* Eadem ratione intra quinquennium collufio domini detegenda, *l. 2. ff. de collusione detegenda.* 16 Qui videlicet ut liberi palam vixerint in diem usque mortis. *l. 1. l. ult. infr. h. t.* 17 Mortis fcilicet.

18 Quonam Senatusconsulto id fuerit cautum, vid. *l. 2. l. ult. infr. h. t.* 19 *l. 4.* 20 Si de statu manumissoris queri non poteft, nec de statu ab eo manumissi. 21 Si de statu matris queri non poteft, nec de filii statu queri poterit, hoc eft, fi pater meus materve mea vita deceſſerunt ante quinque annos, nulla eis de ſtatu lite mota, nec mihi moveri litis quæſtio poterit, *ut hic*, *Synopf. Baſil. 48. tit. 11. c. 2.* 22 Mota ſtatus quæſtio poſt obitum rei durat. 23 Id eſt, ut ſuprà

Quæſtio ſtatus mota in vita alicujus, durat poſt ejus mortem, ut ſciatur, quem habeat ſucceſſorem.

3. Imp. ALEX. A. Olympiadi.

QUamvis defunctus ſit maritus quondam tuus, cui ſtatus quæſtio inferebatur, cauſa tamen [etiam] poſt [22] obitum ejus propter [23] emolumentum ſucceſſionis durat, eamque apud eum, qui de hereditate, vel ſingulis rebus judicaturus eſt, decidi oportet.

Qui ut civis Romanus vixit per quinquennium, ejus ſucceſſio non poteſt in dubium revocari.

4. Idem A. Martiano.

SI is, quem ſervum tuum fuiſſe, & a fratre tuo manumiſſum, atque heredem ſcriptum [eſſe] proponis, ut [24] civis Romanus vixit, nec intra quinquennium poſt mortem ejus ſtatus quæſtionem movere cœpiſti: intelligis, neque heredibus ab eo ſcriptis, neque his, quos liberos eſſe voluit, controverſiam [te] contra formam Senatusconſulti [25] facere poſſe. Quod ſi prius [26] quam id temporis ſpatium excederet, agere cœpiſti: & peculium ejus more judiciorum perſequi, & diſſimulare non debueras: cum ſuperiore quidem caſu conceſſum tacite peculium [1], ſi non adimatur: poſteriore vero, niſi ſpecialiter fuerit datum, penes ſucceſſores remanere, juris ſit evidentiſſimi.

TIT. XXIV.

DE SENATUSCONSULTO [2] CLAUDIANO [3] TOLLENDO.

Mulier libera ſervili amore capta, nec bona perdit, nec amoris fervore libera eſſe deſinit. Bald.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Hermogeni Magiſtro officiorum.

CUm [4] in noſtris temporibus, in quibus multos labores pro libertate ſubjectorum ſuſtinuimus, fatis eſſe impium credidimus, quasdam mulieres libertate ſua fraudari, & quod ab hoſtium ferocitate con ra [5] naturalem libertatem inductum eſt, hoc ad libidinem nequiſſimorum hominum inferri: Claudianum Senatusconſultum, & omnem ejus obſervationem circa denunciationes [6], & Judicum ſententias conquieſcere in poſterum volumus: ne [ea] quæ *libera* conſtituta eſt, ſemel decepta, vel infelici cupidine capta, vel alio quocunque modo contra natalium ſuorum ingenuitatem deducatur in ſervitutem, & ſit peſſimum dedecus [7] cognationis ſuæ fulgori: ut quæ forſitan decoratos dignitatibus habeat cognatos, hæc in alienum cadat dominium, & dominum pertimeſcat forſitan cognatis ſuis inferiorem.

† Quod & in *liberis* [obſervari] oportet: ſemel etenim libertate potitam, per tale dedecus in ſervitutem deduci, religio temporum meorum nullo patitur modo. † Sed ne *ſervi*, vel *adſcripticii* [8], putent ſibi impunitum eſſe tale conamen (quod maxime in adſcriptitio [9] adſerendum eſt, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim hujusmodi hominum conditio decreſcat) ſancimus, ſi quid tale fuerit, vel a ſervo, vel ab adſcripticio perpetratum, habere liberam poteſtatem dominum ejus ſive per ſe, ſive per Præſidem provinciæ talem ſervum, vel adſcripticium caſtigatione competenti corrigere, & abſtrahere a muliere tali. Quod ſi neglexerit: ſciat in ſuum damnum hujusmodi deſidiam reverſuram.

TIT. XXV.

DE NUDO [13] JURE QUIRITUM [14] TOLLENDO.

Nudum nomen, quod quis in ſervis habebat, per hanc legem tollitur, & plenum dominium in ſervis conceditur. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

ANtiquæ ſubtilitatis [15] ludibrium per hanc deciſionem [16] expellentes, nullam eſſe differentiam patimur inter dominos, apud quos, vel nudum *ex jure Quiritium* nomen, vel tantum *in bonis* reperitur: quia nec hujusmodi volumus eſſe diſtinctionem, nec *ex jure Quiritium* nomen, quod nihil ab ænigmate [17] diſcrepat, nec unquam videtur, nec in rebus apparet, ſed vacuum eſt & ſuperfluum verbum, per quod animi juvenum, qui ad primam legum venïunt audientiam, perterriti ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquæ diſpoſitiones accipiunt: ſed ſit pleniſſimus & legitimus quisque dominus, ſive ſervi, ſive aliarum rerum ad ſe pertinentium.

1 Servitute ſexagenaria libertas non amittitur. adde *l. 6. ſupr. de ingenuis. l. 21. ff. de exchionibus.*

2 Adde *L. 33. D. 8.* 3 Cur ita? plenior interpretatio ſumitur adverſus unum manumiſſorem: quam adverſus eum, ejusque heredem ſimul. 4 Manumiſſo ſervo in teſtamento peculium non videtur comedium, niſi nominatim ſit relictum, *ut hic. l. penult. §. an ſervus pro ſua facto poſt manumiſſ. tenetur & l. 1. §. 3. §. de comm. ſervo manumiſſ.* 10. *Ecleg. in fin. §. 20. verſ. peculium. inſt. de legatis. l. §. ff. de manumiſſionibus quæ ſervis.* Manumiſſo inter vivos videtur concedium, niſi nominatim ſit adempium. *l. §. ff. de peculio*: niſi quis manumittatur a pupillo. *l. pen. ff. de manumiſſis vindicta. Synopſ. Baſil. 10. in fin. titu.*

4 Senatusconſulto Claudiano locus fuit, quoties muſier libera contra domini denunciationem ſe alieno ſervo jungebat. Ex hoc SC. ejus fiebat ancilla, cujus ille ſervus erat: ut eo non denunciante, libera. *Tacit.* 12. Idem jus ſervarum a Longobardis & Francis. Quid ſi liber aliena ancilla jungebatur? huic SC. locus non fuit. *l. 9. ff. commo. de facerdotib. l. 3. §. de liberali.* Eſt & hoc adjiciendum, liberam concubinatus ratione non fieri ancillam. *l. 24. ſupr. de liberali.* 6 *L. 3. Inſt. l. 3. §. 1. Dig. 12. §. 1. l. 5. ff. de depoſit. l. 9. l. ult. Cod. Theod. de liberali cauſa. l. 10. C. Th. de murilegulis.* a D. Claudio *Tacitus*: non a Veſpaſiano, ut ſcribit Suetonius in *Veſpaſiano cap. 11.* 7 Extat interpra apud autorem *Syn. 48. tit. 26. ex tit. 25. cap. 1.* 8 Servitus contra naturam. *l. 4. §. 1. ff. de ſtatu hominum.* 9 Trina opus erat denunciatione. 10 Dedecus cognatum ferrire. facit *lex 1. 2. 3. ff. de liberali cauſa.* 11 Hi ἀπογραφοὶ & ἐπιγραφοί. 12 *l. ult. infr. de agricolis & cenſit. lib. 11. tit. 27.*

13 Hoc, ut apertius intelligamus, notandum eſt, Triplex veteribus dominium fuiſſe, naturale, legitimum, & plenum. Naturale habet qui in bonis habet: unde Bonitarium dicebatur, dominus. Legitimum dominium habet, qui jure Quiritium dominium habet: plenum, qui & legitimum & naturale dominium ſimul habet. Theophil. *Inſt. de libertinis.* Naturale & in bonis dominum ſervi is habetur, cui civi ſervus a cive quoque emptione traditus, non tamen ei mancipatus, aut in jure ceſſitus, aut ſi non ante ab eo poſſeſſus. Quondiu quid horum deeſt, ſervus in bonis emptoris erat: venalioris vero, ex fore Quiritium, hoc eſt uno eodemque tempore duorum erat dominorum. *Ulp. t. §. 16.* Unius tamen horum dominii effectus altero potior erat. Nam ſervus quidpiid acquirebat, ſuo domino fcientario acquirebat: id eſt, ei in cujus bonis erat, non ei qui jus dominii habebat ex jure Quiritium, unde cum nomen inane juris Quiritium eſſet, merito ſublatum hac conſtitutione. Porro jure Quiritum adquirebatur dominium hereditatis additione, mancipio, exceptione, juſta uſucapione, ſub certis emptione. Varro *2. de re ruſtica* 10. ſine his cauſis res non abalienabatur jure Quiritum. Cicero *in Topicis.* Ulpian. 19. Idque dominium ſibi aſſumebat is qui vindicabat, hac formula: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo.* Cicero *4. Verrina.* 14 Ulpian. *1. §. 16. & 19. §. 20.* adde *Theoph. tit. de libertinis.* 15 Subtilitatis antiquæ ludibrium. Subtilis interdum fuerunt antiqui, ſed inaniter & inepte plerumque. 16 Hæc lex junct. *l. unic. Cod. de dedit. libert. tollend.* facit 17 deſiſſemen ex quinquaginta novis Juſtiniani. vid. Inglois. *Anal.*

17 Ænigma, & ab ænigmate non differunt.

18 Dixi ad *L. 41. D. 4.* 19 *l. 8. §. h. t.* 20 *l. 4. l. 6. l. 7. §. h. t.*

21 Qui aliena mancipia diſtrahit, furtum contrahit: ideoque longa poſſeſſione non capiuntur. *Synopf. Baſil. 60. tit. 4. c. 18.* 22 Res furtivæ uſucapi non poteſt. adde *l. 2. §. de uſucap. pro donate*: præſcribi tamen poteſt tricennio. *l. 1. §. 1. §. de annali exceipt. l. cum quærebatur. 11. §. unde vi.* 23 Juſta prohibitio alienationis facta per defunctum impedit uſucapionem. 24 Teſtator certarum rerum alienationes vetare poteſt.

25 Quod ſervari debet, vendi non poteſt. 26 Conceptum apud ſe partum bonæ fidei poſſeſſor uſucapit. *l. 33. ff. de uſucap.* 27 *l. 1. ſupr. h. t. l. 6. c. 7. infr. h. t.*

28 Qui dominii conſenſu poſſidet, non indiget uſucapione. 29 Contractus invito adverſario non retractatur, *l. 5. ſupr. de obſeq.* 30 *l. 2. in fin. ſupr. quod cum eo.*

31 Citra domini conſenſum, longi temporis ſpatio bonæ fidei poſſeſſor præſcribit. *l. 7. l. 11. pron. l. 3. §. de longi temporis.* 32 Quod (vi tamen non poſſeſſum) bona fide a malæ fidei poſſeſſore poſſidemus, uſucapimus. *l. 4. §. de rei vind.* quod ipſe poſſidet, non uſucapit. 33 Poſſeſſor malæ fidei fructus reſtituit. 34 Sciens alienum non uſucapit. *l. 7. §. h. t.* 35 Nondum impleta uſucapione, bonæ fidei etiam poſſeſſori res auferri poteſt. 36 Rerum vi poſſeſſarum uſucapio non eſt. 37 *l. 4. §. de rei vind. §. §. ſupr. de uſucap.* ubi de vi compulſiva agitur, non de expulſiva, *ut hic.* id neceſſe non eſt. *l. 3. §. de his quæ vi met.* 38 *Cum concilio*: alii *cum conſilio*, ut in Act. Apoſt. 25. v. 12. συμβούλιον μετὰ τῶν συμβούλων ἐποιήσατο. quæ verba, *cum Concilio collocutus*, moris erat ita exprimi CCC. ut ex antiqua ſententia Senetonis conſtat. Severino CCC. dixit. vid. Cuj. 18. *obſ.* 32. 39 Principes ſententiam dicit. *l. 1. §. de appellat. l. pen. §. de dot. quæ in teſtament. delentur. l. 3. infr. de quæſtionibus.*

40 Uſucapi, quaſi furtiva, res non poteſt, quæ obligata alteri, compacta eſt: hoc eſt, ex pignori obligata diſtracta, quaſi furtiva uſucapi ea res non poteſt. *Synopf. tit. c. 20.* 41 In uſucapione rei immobilis ſufficit bona fides emptoris, niſi res a venditore, vel ejus autore vi ſit poſſeſſa, ut *l. 5. §. h. t.* in mobili & emptoris & venditoris requiritur, *ut hic. l. 3. §. 4. §. l. 7. §. h. t.* 42 Imo poteſt *l. 5. §. h. t. l. 4. §. 21. §. de uſurpat.* 43 Dixi ad *l. 6. ſupr. h. t.* 44 *l. 1. in fin. ſupr. h. t.* 45 Uſucapere poteſt, qui ex cauſa transactionis bona fide rem alienam accipit, cum juſtam cauſam uſucapiendi habeat. *Synopf. tit. c. 21.* 46 *l. 29. §. de uſurpat.*

3. Exemplum ſacrarum litterarum CONSTANTINI, & LICINII AA. ad Dionyſium Vicariam Præfecturam agentem.

SOla temporis longinquitate, etiamſi ſexaginta [1] annorum curricula exceſſerit, libertatis jura minime mutilari oportere, congruit æquitati. Dat. 4. Kalend. Maji, VOLUSIANO, & ANNIANO CONSS. 314.

TIT. XXIII.

DE PECULIO EJUS [2] QUI LIBERTATEM MERUIT.

Peculium ſi non ſit ademptum, ſequitur manumiſſum inter vivos, non in ultima voluntate. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Rufino.

LOnge diverſam [3] cauſam eorum, qui a ſuperſtitibus manumittuntur, item illorum, quibus teſtamento libertas relinquitur, eſſe, diſſimulare non debueras: cum ſuperiore quidem caſu conceſſum tacite peculium [4], ſi non adimatur: poſteriore vero, niſi ſpecialiter fuerit datum, penes ſucceſſores remanere, juris ſit evidentiſſimi.

TIT. XXIV.

DE SENATUSCONSULTO [5] CLAUDIANO [6] TOLLENDO.

Mulier libera ſervili amore capta, nec bona perdit, nec amoris fervore libera eſſe deſinit. Bald.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Hermogeni Magiſtro officiorum.

CUm [7] in noſtris temporibus, in quibus multos labores pro libertate ſubjectorum ſuſtinuimus, fatis eſſe impium credidimus, quasdam mulieres libertate ſua fraudari, & quod ab hoſtium ferocitate con ra [8] naturalem libertatem inductum eſt, hoc ad libidinem nequiſſimorum hominum inferri: Claudianum Senatusconſultum, & omnem ejus obſervationem circa denunciationes [9], & Judicum ſententias conquieſcere in poſterum volumus: ne [ea] quæ *libera* conſtituta eſt, ſemel decepta, vel infelici cupidine capta, vel alio quocunque modo contra natalium ſuorum ingenuitatem deducatur in ſervitutem, & ſit peſſimum dedecus [10] cognationis ſuæ fulgori: ut quæ forſitan decoratos dignitatibus habeat cognatos, hæc in alienum cadat dominium, & dominum pertimeſcat forſitan cognatis ſuis inferiorem.

† Quod & in *liberis* [obſervari] oportet: ſemel etenim libertate potitam, per tale dedecus in ſervitutem deduci, religio temporum meorum nullo patitur modo. † Sed ne *ſervi*, vel *adſcripticii* [11], putent ſibi impunitum eſſe tale conamen (quod maxime in adſcriptitio [12] adſerendum eſt, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim hujusmodi hominum conditio decreſcat) ſancimus, ſi quid tale fuerit, vel a ſervo, vel ab adſcripticio perpetratum, habere liberam poteſtatem dominum ejus ſive per ſe, ſive per Præſidem provinciæ talem ſervum, vel adſcripticium caſtigatione competenti corrigere, & abſtrahere a muliere tali. Quod ſi neglexerit: ſciat in ſuum damnum hujusmodi deſidiam reverſuram.

TIT. XXV.

DE NUDO [13] JURE QUIRITUM [14] TOLLENDO.

Nudum nomen, quod quis in ſervis habebat, per hanc legem tollitur, & plenum dominium in ſervis conceditur. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

ANtiquæ ſubtilitatis [15] ludibrium per hanc deciſionem [16] expellentes, nullam eſſe differentiam patimur inter dominos, apud quos, vel nudum *ex jure Quiritium* nomen, vel tantum *in bonis* reperitur: quia nec hujusmodi volumus eſſe diſtinctionem, nec *ex jure Quiritium* nomen, quod nihil ab ænigmate [17] diſcrepat, nec unquam videtur, nec in rebus apparet, ſed vacuum eſt & ſuperfluum verbum, per quod animi juvenum, qui ad primam legum venïunt audientiam, perterriti ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquæ diſpoſitiones accipiunt: ſed ſit pleniſſimus & legitimus quisque dominus, ſive ſervi, ſive aliarum rerum ad ſe pertinentium.

TIT. XXVI.

DE USUCAPIONE PRO EMPTORE [18], VEL TRANSACTIONE [19].

Traditio rei alienæ, licet ex venditione furtum inducit, uſucapionem impedit, & dominii vindicationem non tollit. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Flaviano.

MAncipia [20] tua fi ab eis diſtracta ſunt, qui [21] jus vendendi non habuerunt, vindicare ea potes. Nec enim uſucapi ab emptoribus potuerunt, cum illicita venditione furtum [22] contractum ſit. Prid. Id. Aug. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Prohibitio alienationis per defunctum facta cum rationabili cauſa, impedit rei ſic prohibitæ uſucapionem. Salic.

2. Imp. ALEXAND. A. Marcellino.

SI contra defuncti voluntatem ſervos, quos propter perfectæ artis peritiam heredibus ſuis defunctus ſervari [23] teſtamento præcepit [24], tutores vendiderunt [25], uſucapi non potuerunt. Dat. 5. Non. Mart. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Partus ancillæ furtivæ apud bonæ fidei emptorem conceptus & editus eſt uſucapibilis. Salic.

3. Idem A. Nepotillæ.

SI matrem ejus, cujus nomine [te] quæſtionem pati dicis, bona fide emptam poſſidere cœpiſti; etiam ſi ipſa in cauſam furtivam inciderit, tamen poſtea conceptum [26] apud te partum uſucapere potuiſti.

Conſenſus domini, vel uſucapio ementis bona fide, præjudicat ei. Salic.

4. Idem A. Achilleo.

VEnditioni ancillæ [27] ſi conſenſum [28] dediſſe diverſam partem probaveris: retractando [29] contractum, quem ipſa ratum [30] habuit, non audietur: [Sed] & hac probatione ceſſante [31], ſi bona fide emptam ancillam a venditore bona fide diſtrahente [longi] temporis ſpatio uſuceperis, intentio proprietatem vindicantis tenere non poteſt.

Malæ fidei poſſeſſor partem, quam poſſidet, non præſcribit, bonæ fidei autem poſſeſſor præſcribit, niſi res eſſet vi poſſeſſa. Bald.

5. Imp. GORDIANUS A. Marino.

SI partem [32] poſſeſſionis malæ fidei poſſeſſor vendidit: id quidem, quod ab ipſo tenetur, omnino cum fructibus [33] recipi poteſt: portio autem, quæ diſtracta eſt, ita demum recte petitur a poſſidente, ſi ſciens [34] alienam comparavit, vel bona fide emptor nondum [35] implevit uſucapionem. Violenter [36] enim poſſeſſione amiſſa, priusquam [37] in domini poteſtatem perveniat, uſucapio emptori (etſi bona fide mercatus eſt) non competit.

Vitium furti non purgatum, impedit rem uſucapi etiam ab emptore bonæ fidei. Salic.

6. Idem PHILIPPUS A. cum Cœlio [38] collocutus dixit [39].

CUm ſit probatum, rem [40] pignori [41] fuiſſe obligatam, & poſtea a debitore diſtractam: palam eſt non [42] potuiſſe eam quaſi furtivam uſucapi. Sine die, & conſule.

Vitium furtivitatis officit poſſidenti, non ratione malæ fidei, ſed ratione vitii, quod non eſt purgatum. Bald.

7. Idem A. & C. Compedi.

SCiens fervum [43] alienum contra domini voluntatem venundans, furtum committit. Quod rei vitium priusquam [44] ad dominum ejus revertatur poſſeſſio, non permittit uſucapionem fieri, licet bona fide poſſideatur. Dat. 5. Id. Febr. CC. CONSS.

8. Idem A. & C. Severo.

EX [45] cauſa transactionis [46] habentes juſtam cauſam poſſeſſionis, uſucapere poſſunt.

1 Servitute ſexagenaria libertas non amittitur. adde *l. 6. ſupr. de ingenuis. l. 21. ff. de exchionibus.*

2 Adde *L. 33. D. 8.* 3 Cur ita? plenior interpretatio ſumitur adverſus unum manumiſſorem: quam adverſus eum, ejusque heredem ſimul. 4 Manumiſſo ſervo in teſtamento peculium non videtur comedium, niſi nominatim ſit relictum, *ut hic. l. penult. §. an ſervus pro ſua facto poſt manumiſſ. tenetur & l. 1. §. 3. §. de comm. ſervo manumiſſ.* 10. *Ecleg. in fin. §. 20. verſ. peculium. inſt. de legatis. l. §. ff. de manumiſſionibus quæ ſervis.* Manumiſſo inter vivos videtur concedium, niſi nominatim ſit adempium. *l. §. ff. de peculio*: niſi quis manumittatur a pupillo. *l. pen. ff. de manumiſſis vindicta. Synopf. Baſil. 10. in fin. titu.*

5 Senatusconſulto Claudiano locus fuit, quoties muſier libera contra domini denunciationem ſe alieno ſervo jungebat. Ex hoc SC. ejus fiebat ancilla, cujus ille ſervus erat: ut eo non denunciante, libera. *Tacit.* 12. Idem jus ſervarum a Longobardis & Francis. Quid ſi liber aliena ancilla jungebatur? huic SC. locus non fuit. *l. 9. ff. commo. de facerdotib. l. 3. §. de liberali.* Eſt & hoc adjiciendum, liberam concubinatus ratione non fieri ancillam. *l. 24. ſupr. de liberali.* 6 *L. 3. Inſt. l. 3. §. 1. Dig. 12. §. 1. l. 5. ff. de depoſit. l. 9. l. ult. Cod. Theod. de liberali cauſa. l. 10. C. Th. de murilegulis.* a D. Claudio *Tacitus*: non a Veſpaſiano, ut ſcribit Suetonius in *Veſpaſiano cap. 11.* 7 Extat interpra apud autorem *Syn. 48. tit. 26. ex tit. 25. cap. 1.* 8 Servitus contra naturam. *l. 4. §. 1. ff. de ſtatu hominum.* 9 Trina opus erat denunciatione. 10 Dedecus cognatum ferrire. facit *lex 1. 2. 3. ff. de liberali cauſa.* 11 Hi ἀπογραφοὶ & ἐπιγραφοί. 12 *l. ult. infr. de agricolis & cenſit. lib. 11. tit. 27.*

13 Hoc, ut apertius intelligamus, notandum eſt, Triplex veteribus dominium fuiſſe, naturale, legitimum, & plenum. Naturale habet qui in bonis habet: unde Bonitarium dicebatur, dominus. Legitimum dominium habet, qui jure Quiritium dominium habet: plenum, qui & legitimum & naturale dominium ſimul habet. Theophil. *Inſt. de libertinis.* Naturale & in bonis dominum ſervi is habetur, cui civi ſervus a cive quoque emptione traditus, non tamen ei mancipatus, aut in jure ceſſitus, aut ſi non ante ab eo poſſeſſus. Quondiu quid horum deeſt, ſervus in bonis emptoris erat: venalioris vero, ex fore Quiritium, hoc eſt uno eodemque tempore duorum erat dominorum. *Ulp. t. §. 16.* Unius tamen horum dominii effectus altero potior erat. Nam ſervus quidpiid acquirebat, ſuo domino fcientario acquirebat: id eſt, ei in cujus bonis erat, non ei qui jus dominii habebat ex jure Quiritium, unde cum nomen inane juris Quiritium eſſet, merito ſublatum hac conſtitutione. Porro jure Quiritum adquirebatur dominium hereditatis additione, mancipio, exceptione, juſta uſucapione, ſub certis emptione. Varro *2. de re ruſtica* 10. ſine his cauſis res non abalienabatur jure Quiritum. Cicero *in Topicis.* Ulpian. 19. Idque dominium ſibi aſſumebat is qui vindicabat, hac formula: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo.* Cicero *4. Verrina.* 14 Ulpian. *1. §. 16. & 19. §. 20.* adde *Theoph. tit. de libertinis.* 15 Subtilitatis antiquæ ludibrium. Subtilis interdum fuerunt antiqui, ſed inaniter & inepte plerumque. 16 Hæc lex junct. *l. unic. Cod. de dedit. libert. tollend.* facit 17 deſiſſemen ex quinquaginta novis Juſtiniani. vid. Inglois. *Anal.*

17 Ænigma, & ab ænigmate non differunt.

18 Dixi ad *L. 41. D. 4.* 19 *l. 8. §. h. t.* 20 *l. 4. l. 6. l. 7. §. h. t.*

21 Qui aliena mancipia diſtrahit, furtum contrahit: ideoque longa poſſeſſione non capiuntur. *Synopf. Baſil. 60. tit. 4. c. 18.* 22 Res furtivæ uſucapi non poteſt. adde *l. 2. §. de uſucap. pro donate*: præſcribi tamen poteſt tricennio. *l. 1. §. 1. §. de annali exceipt. l. cum quærebatur. 11. §. unde vi.* 23 Juſta prohibitio alienationis facta per defunctum impedit uſucapionem. 24 Teſtator certarum rerum alienationes vetare poteſt.

25 Quod ſervari debet, vendi non poteſt. 26 Conceptum apud ſe partum bonæ fidei poſſeſſor uſucapit. *l. 33. ff. de uſucap.* 27 *l. 1. ſupr. h. t. l. 6. c. 7. infr. h. t.*

28 Qui dominii conſenſu poſſidet, non indiget uſucapione. 29 Contractus invito adverſario non retractatur, *l. 5. ſupr. de obſeq.* 30 *l. 2. in fin. ſupr. quod cum eo.*

31 Citra domini conſenſum, longi temporis ſpatio bonæ fidei poſſeſſor præſcribit. *l. 7. l. 11. pron. l. 3. §. de longi temporis.* 32 Quod (vi tamen non poſſeſſum) bona fide a malæ fidei poſſeſſore poſſidemus, uſucapimus. *l. 4. §. de rei vind.* quod ipſe poſſidet, non uſucapit. 33 Poſſeſſor malæ fidei fructus reſtituit. 34 Sciens alienum non uſucapit. *l. 7. §. h. t.* 35 Nondum impleta uſucapione, bonæ fidei etiam poſſeſſori res auferri poteſt. 36 Rerum vi poſſeſſarum uſucapio non eſt. 37 *l. 4. §. de rei vind. §. §. ſupr. de uſucap.* ubi de vi compulſiva agitur, non de expulſiva, *ut hic.* id neceſſe non eſt. *l. 3. §. de his quæ vi met.* 38 *Cum concilio*: alii *cum conſilio*, ut in Act. Apoſt. 25. v. 12. συμβούλιον μετὰ τῶν συμβούλων ἐποιήσατο. quæ verba, *cum Concilio collocutus*, moris erat ita exprimi CCC. ut ex antiqua ſententia Senetonis conſtat. Severino CCC. dixit. vid. Cuj. 18. *obſ.* 32. 39 Principes ſententiam dicit. *l. 1. §. de appellat. l. pen. §. de dot. quæ in teſtament. delentur. l. 3. infr. de quæſtionibus.*

40 Uſucapi, quaſi furtiva, res non poteſt, quæ obligata alteri, compacta eſt: hoc eſt, ex pignori obligata diſtracta, quaſi furtiva uſucapi ea res non poteſt. *Synopf. tit. c. 20.* 41 In uſucapione rei immobilis ſufficit bona fides emptoris, niſi res a venditore, vel ejus autore vi ſit poſſeſſa, ut *l. 5. §. h. t.* in mobili & emptoris & venditoris requiritur, *ut hic. l. 3. §. 4. §. l. 7. §. h. t.* 42 Imo poteſt *l. 5. §. h. t. l. 4. §. 21. §. de uſurpat.* 43 Dixi ad *l. 6. ſupr. h. t.* 44 *l. 1. in fin. ſupr. h. t.* 45 Uſucapere poteſt, qui ex cauſa transactionis bona fide rem alienam accipit, cum juſtam cauſam uſucapiendi habeat. *Synopf. tit. c. 21.* 46 *l. 29. §. de uſurpat.*